praefati Castren. Premysliensis Dillonem sibi non recipiendo Nullasque Motiones Appellationes earumque prosequendas faciendas ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Ecclesiasticis suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventionesque ac aliis omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quovis modo Eccadendo. Hac sica praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vchniowski Subditos de Villa Witoßynce Quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Mathias Vchniowski famulus Generosi Nicolai Zawięza certarum sortium Villae Vhniki haeredis sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premysliensi quoad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis glo omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Laboriosos Drab Krawiec Poporzik filiastrum seu Synowca Popowego Vti se asserit Iwan Krupniak Paulum Derylkow Syn Subditos Villae Witoßynce Sacrae Regiae Mtis tenutae ad praesens Illmorum Wyszkowskich facti et violentiae infrascriptae manicales Principales de Protestatione certa per eundem Rentem coram Officio praesenti Castrensi Capitaneali Premysliensi contra supraseros Inculpatos ratione per eosdem homines excessivos eiusdem Recognoscens ex Villa praefata Vhniki via publica per Villam Witoßynce Premysliam recte ducens causa certorum negotiorum ad praedictum Dominium suum eiusdem tempore certo in eadem Praeditione ex sese circa interceptionem ipsi eiusdem transitus publici animo deliberato adorsionis convulnerationis aliarumque violentiarum perpetrationes facta nec ipsi vulnerum obductione ob plenariam et sufficientem praemissis

omnibus

omnibus satisfactionem quietat emittit et liberos facit perpetuo
Probastationem eandem et obductionem in toto et totam cassat mor
tificat et annihilat. Recognoscens sibi totaliter praestitam esse
nomine et ratione praemissorum eorumque omnium satisfactionem et per
solutionem huius Recognitionis suae vigore.

Actum in Castro Premyslien Sabbatho pridie Festi Sanctae Luciae Virginis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto.

1654. 12/VII

Molodeccy inter se Roborant

Comparentes pro Coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneatus Premyslienses Generosi Dominicus ab una et Christophorus ab altera partibus Molodeccy fratres inter se germani olim Generosi Andreae Molodecki filij sani mentibus et corporibus existentes a terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque pro praesenti et competenti recedendo. Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premyslien quoad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri cum posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis quibus omnibus ac summis quibuscunque pecuniae habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Scriptum certum manuale inter se praesentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de Actu et data eiusdem hic Premysliae die hodierna in Actu contentis confectis et conscriptis manibus Praesentium

ab utrinque